DIE IX AUGUSTI

IN FESTO

SANCTÆ PHILUMENÆ

VIRGINIS ET MARTYRIS

DUPLEX

Omnia de Comm. Virg. Mart. præter seq.

Orat. Deus, qui inter.

IN I. NOCTURNO.

Lect. de Script. occur.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

INTER cætera Martyrum sepulcra quæ in cœmeterio Priscillæ ad viam Salariam reperiri solent, illud extitit quo repositum fuerat sanctæ Philumenæ corpus, uti ex tumuli inscriptione tribus laterculis apposita perlegebatur. Licet vero inventa ibidem fuerit phiala sanguinis, et alia insculpta conspicerentur martyrii insignia, dolendum tamen est, res ab eidem gestas, actaque ac genus martyrii quod ipsa fecit, obscura perstitisse. Cæterum ubi primum sacrum hoc corpus, ex beneficentia Pii septimi, initio pontificatus ejus acceptum, cultui fidelis populi propositum fuit Mugnani in Nolana diœcesi, ingens illico famæ celebritas ac religio erga sanctam Martyrem percrebuit, præsertim ob signa quæ ejusdem præsidio accessisse undique ferebatur. Hinc factum est ut complurium Antistitum, cultorumque Martyris postulationibus permotus Gregorius decimus sextus, Pontifex Maximus, universa rei ratione mature perpensa, Fe-

stum ejusdem cum Officio et Missa in memorata Nolana diœcesi et alibi agendum benigne permiserit.

R. Propter veritatam.

LECTIO. V. ET VI., Sermo sancti Ambrosii Episcopi : Quoniam hodie natalis, *quæ sunt iv, et v, de Comm.*

IN III. NOCTURNO.

Homil. in Evang. Simile erit, *de Comm.* 1° *loco.*

LECTIO IX. *de SS. Tiburtio et Susanna. Commem. Oct. S. Laurentii, deinde SS. Mart. Tiburtii, etc., in Laud.*

Imprimatur,

✠ E.-A. ARCHPUS QUEBECEN.